

ad lacum. Denique & rebecca[m] sicut legimus ad fontem
seruus alij p[er]itor inuenit. & meretricem In lacu. & zabel se cruore
 lauerunt. Explicit In nomine ihu liber primus.

**INCIPIT LIBER SECUNDUS BEATI AMBROSII
 EPISCOPI. DE SPŪ SĀO.**

ET SI IN PRIMO LIBRO UETERIS HISTORI
 ae lectione pate factum sit. & in ipsis iudiciis ve
 terum iudeorum. spiritalem gratiam refulsisse.
 & per spm scm celestium sacramentorum reuelata
 mysteria. quem moyses non ignorauit. & aeternum.
 Denique statim In principio mundi. Immo ante principium.
 cum dō iunxit. quem ante mundi principium. sempiter
 num esse cognouit. Namque si quis diligenter aduer
 tax. & patrem In principio. & filium agnoscat. & spm.
& filio.
 De patre enim scriptum est. In principio fecit d[omi]n[us] celū
 & terram. De spū dictum est. sp[iritu]s super ferebatur
 super aquas. Et bene In exordio creature. baptis[m]i
 figura signatur. per quod habuit creatura mundari.
 Dicitur & iam de filio. quia ipse est qui discreuit Inter
 medium lucis & tenebras. Unus & enim d[omi]n[us] pater quidē.
 & unus d[omi]n[us] ihē qui facit. Sed nerursus. aut arrogans